

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Societas d  
cum fonte primo

Erat in naucula Symon Petrus  
sed erat pariter et Iudas proditor.  
Quamuis illius fides  
fundaret nauculam, huius  
tamen perfidia eam perturbabat.  
Tranquillitas est ubi solus Petrus nauigat,  
tempestas ubi Iudas adiungitur. Licet  
esset Petrus firmus suis meritis,  
perturbabatur tamen criminibus  
proditoris.

Vnius igitur delicto cunctorum merita  
quatiuntur.

Ambrosius in sermone de cathedra sancti  
Petri.

Haec autem est causa periculi:  
erat enim ibi Simon Petrus,  
sed erat pariter et proditor Iudas.  
Quamuis enim illius fides  
fundaret nauculam, huius  
tamen eam perfidia conturbabat.  
Tranquillitas est ubi solus Petrus nauigat,  
tempestas ubi Iudas adiungitur. Licet  
esset Petrus firmus suis meritis,  
perturbabatur tamen criminibus  
proditoris.

Metuentibus igitur discipulis anxiante  
Petro dormiebat dominus. Durum forte  
uideatur quod anxiante Petro dormiebat  
dominus; dormiebat Petro, ne uigilaret et  
Iudae.

Vnius igitur delicto cunctorum merita  
quatiuntur  
obdormit Christus uentorum spiramina  
concitantur.

Maximus Taurinensis, *Collectio*  
*sermonum antiqua (extra.)*, 49, 4 (CCSL  
23, A. Mutzenbecher ed., p.194, ll.79-  
89).